

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum vitium sit contra naturam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

ut Tull. ibidem dicit, est habitus, aut affectio animi in tota vita inconstans, & a se ipsa dissentiens. quod quidem inuenitur etiam absque morbo vel egrotatione, ut pote cum aliquis ex infirmitate, vel ex passione peccat. unde in plus se habet uitium, quam ageratio vel morbus: sicut etiam virtus in plus se habet, quam sanitas. nam sanitas etiam quædam virtus ponitur. in 7. Physi. & ideo uituti conuenientius opponitur uitium, quam ageratio vel morbus.

**ARTICVLVS I.**  
Super quest. septuagesima prima articulo secundum.

**Vitium uitium sit contra naturam.**

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod uitium non sit contra naturam. Vitium in contrariatur uituti, ut dictum est: sed uitutes non sunt nobis a natura, sed causantur in nobis per infusionem, aut ab insuetudine, ut dictum est. ergo uitia non sunt contra naturam.

**P**ropter. Ea quæ sunt contra naturam, non possunt afflueri, sicut lapis nunquam afflueri ferri sursum, ut dicitur in 2. Eth. sed alii qui affluerunt ad uitia, ergo uitia non sunt contra naturam.

**P**ropter. Nihil quod est contra naturam, inuenitur in habitibus il-

lam naturam, ut in pluribus: sed uitia inueniuntur in hominibus ut in pluribus, quia sicut dicitur Matt. 7. Lata est uia, que ducit ad perditionem, & multi uadunt per eam. ergo uitium non est contra naturam.

**P**ropter. Peccatum comparatur ad uitium, sicut actus ad habitum, ut ex superadiuis patet: sed peccatum diffinitur esse dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, ut patet per Aug. 22. contra Faustum, lex autem Dei est supra naturam. magis ergo dicendum est, quod uitium sit contra naturam.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur in 3. delib. arb. Omne uitium eo ipso quod uitium est, contra naturam est.

**R**ESPON. Dicendum, quod si ut dictum est, Vitium uituti contrariatur: virtus autem unius cuiusque rei constituit in hoc, quod sit bene disposita secundum conuenientiam suæ naturæ, ut supra dictum est. unde oportet, quod in qualibet re uitium dicatur ex hoc, quod est disposita contra id quod conuenit sive naturæ, unde & de hoc unaquaque res uituperatur. a uito autem nomen uituperationis detractum creditur, ut Aug. dicit in 3. Deliber. arbitr.

**S**ed considerandum est, quod natura uniuscuiusque rei porissime est forma, in quam res specie sortitur. homo autem in specie consti-

tuitur per animam rationalem. & magis mouentia & ratione promptæ delectationis, & ratione imminentis operis, contritantes in promptu. Ratio autem boni post gratiam percipitur, & parum cognoscitur, & parum mouet tam ipsum quam oppositum malum, tam cul- pe quam poena, ut experimur. Ostendit autem haec humana naturæ infelicitas ipsam non esse eiudicabilem, sed aliorum ingredi rerum ordinem, parum tamen de illo participando.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod uitutes etiæ non causentur a natura secundum suum esse perfectum, tamen inclinant ad id, quod est, secundum naturam, id est, secundum ordinem rationis. Dicit enim Tull. in rhet. sua, quod virtus est habitus in modum naturæ rationi conuentaneus. & hoc modo virtus dicitur esse secundum naturam, & per contrarium intelligitur, quod uitium sit contra naturam.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod Phil. ibi loquitur de his quæ sunt contra naturam, secundum quod est contra naturam, opponitur ei quod est esse naturam, non autem secundum quod est contra naturam, opponitur ei quod est secundum naturam eo modo quo uitutes dicuntur esse secundum naturam, in quantum inclinant ad id quod naturæ conuenit.

**A**D TERTIVM dicendum, quod in homine est duplex natura, rationalis, & sensitiva. Et quia per operationem sensus homo peruenit ad actus rationis, ideo plures sequuntur inclinations naturæ sensitivæ, quam ordinem rationis. Plures enim sunt qui sequuntur principium rei, quam qui ad consummationem perueniunt. Ex hoc autem uitia, & peccata in hominibus proueniunt, quod sequuntur inclinationem naturæ sensitivæ contra ordinem rationis.

**A**D QUARTVM dicendum, quod quicquid est contra rationem artificiati, est etiam contra naturam artis, qua artificiatus producitur. lex autem aeterna comparatur ad ordinem rationis humanæ, sicut ars ad artificiatum, unde eidem rationis est, quod uitium & peccatum sit contra ordinem rationis humanæ, & quod sit contra legem aeternam. Vnde Aug. dicit in tertio de Libero arbitrio, quod a Deo habent omnes naturæ, quod naturæ sunt, & intantum sunt uitiosæ, in quantum ab eius, quæ factæ sunt, arte discedunt.

**ARTICVLVS III.**

Super quest. septuagesima prima articulo tertium.

**Vitium uitium sit peius quam actus uitiosus.**

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod uitium, id est, habitus malus, sit peius quam peccatum, id est, actus malus. Sicut n. bonum quod est diurnius, est melius, ita malum quod est diurnius, est peius: sed habitus uitiosus est diurnior, quam actus uitiosi, qui statim transirent. ergo habitus uitiosus est peior quam actus uitiosus.

**P**ropter. Plura mala sunt magis

ca. 4. par. 4.  
non multum  
remote a fi.

ii. 2. de inue-  
tione in tol-  
4. ante fi. lib.

c. 1. in pria-  
tom. lib.

sup. 2. cor.  
Et mal. q. 2.  
ar. 2. ad 9. &  
ar. 5. ad 8.

bitum